

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9511

Auteur(s) : Richard Ier de Rouvres [autre]

Auteur(s) : Gilbert, fils de Richard Ier de Rouvres [particulier]

Auteur(s) : Guillaume, fils de Richard Ier de Rouvres [particulier]

Auteur(s) : Mathilde, femme de Richard Ier de Rouvres [particulier]

Bénéficiaire(s) : Notre-Dame-de-Bondeville, Notre-Dame de Bondeville (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1154

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard [Ier] de Rouvres, ses fils Gilbert et Guillaume et sa femme Mathilde concèdent à titre de dotation et à titre héréditaire à Saint-Denis [de Bondeville] et aux ses religieuses plusieurs biens situés aux alentours de Bondeville.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 51H16.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Texte d'après A

NOTUM SIT OMNIBUS SANCTE DEI ECCLESIE FILIIS, QUOD RICARDUS de Rovris et Gislebertus et Willelmus filii sui et Mathildis uxor sua, pro Dei amore et pro salute anime sue et omnium parentum suorum, concessit (sic) dotaliter et hereditarie ecclesie Sancti Dionisii et monialibus ibidem Deo servientibus et sororibus subsecuturis, culturam terre circa ecclesiam adjacentis et sedem unius piscine in aqua sua prope ecclesiam decurrente, et decimas molendinorum suorum de Malo Alneto, et sedem unius molendini ante curiam ipsarum, et decimas scensuum et respectuum, et decimam molendini sui de Hulmo, et decimam totius nemoris de Monte Calvo, et secundam decimam totius sue segetis et quatuor burgenses in Haia Montis Calvelli habitantes, qui reddunt ecclesie solidos .VIIIto. per annum et decimam omnium molendinorum suorum Bondeville et Moncelli, et decimam scensuum et respectuum totius sui redditus, et ex altera parte ecclesie Sancti Dionisii versus forestam de Silvefono. Concessit monialium pecudibus in insula inter duas aquas sedem unius curie et transitum ad pasturam foreste de Silve fono. Concessit etiam eis decimam unius sue villule que dicitur Boscus, et unam piscinam et unum hospitem qui reddit monialibus solidos .V. per annum, et VII. jugera terre que omnia pertinent cuidam elemosine pro qua moniales faciunt celebrare tres missas apud Bondevillam, quaque ebdomada, pro eodem Ricardo de Rovris et animabus omnium antecessorum suorum. Et concessit etiam eis unam acram terre quietam apud Malum Alnetum, quam Robertus faber, frater earum, dederat eis, et unam acram terre inter duas aquas quam Ricardus de Vado dederat eis in elemosinam, et quatuor acras terre apud Lesaloz, et unam acram prati apud Bondevilla, et unam acram

terre prope ecclesiam Mali Alneti quam Willelmus de Sahus eis dederat. Super hoc moniales emerunt .III. marcis argenti de Ricardo Morant, unum molendinum tanerez et sedem domus sue et totam terram sue mansure, assensu Ricardi de Rovris de cuius feudo erat. Preterea idem Ricardus de Rovris dedit eis unam quarucatam terre apud Pubovium quam tenebat de feudo de Pratellis. Concessit etiam eis pasnagium et herbagium percorum suorum et animalium in Monte Calvel, et mortuum boscum et pratum quod est juxta molendinum in dote ecclesie. Concessit etiam eis duas acras terre quas dedit eis Bernardus de Burgehel. Dedit etiam eis decimam virgultorum suorum. Et concessit duas acras et unam virgatam terre apud Cocherelmontem, et unam mansuram apud Male Alneum et unum villicum quietum apud Lesaloz que dedit eis Beatrix de Hesletis. Hec omnia concessit Ricardus de Rovris cum uxore et filiis suis, etiam et decimam totius redditus de Spinevilla. Hoc factum est anno ab incarnatione Domini M°. C°. L IIII.